



**Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||**

**Bernoldus <Constantiensis>**

**Antverpiæ, 1565**

19. De vitanda intinctione

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](#)

46 MICROL. DE ECCLES.  
mini nostri Iesu Christi , quod dicimus  
cum alijs Eucharistiā distribuimus. Sunt  
& aliæ multæ orationes, quas quidam ad  
pacem & communionem priuatim fre-  
quentant, sed diligentiores antiquiorum  
traditionum obseruatores, nos in huius-

Priuatarū Ora-  
tionum breui-  
tati studendum  
in Missā,

modi priuatis orationibus breuitati stu-  
dere docuerunt, potiusque publicis pre-  
cibus in officio Missæ occupari volue-  
runt. Nam beatus Innocentius Papa scilicet  
bens sancto Augustino & Aurelio Episco-  
pis, afferit quod nos plus communib[us] &  
publicis quam singularibus & priuatis ora-  
tionibus proficere poterimus.

De vitanda intinctione,

C A P . X I X .

N O N est autem autenticū quod qui-  
dam corpus Domini intingunt, & intin-  
ctum pro complemento communionis  
populo distribuunt . Nam ordo Roma-  
nus contradicit, quia & in parastese vinū  
non cōsecratum cum Dominica oratio-  
ne & Dominici corporis immissione iu-  
bet consecrare, ut populus plenè possit cō-  
municare. Quod vtique superfluo p̄cī-  
peret,

peret, si intinctum Dominicū à priori die corpus seruaretur, & ita intinctū populo ad cōmunicandum sufficere videretur.

Iulius quoque Papa in ordine trigesimus  
5 sextus Episcopis AEgypti scribens huius-  
modi intinctionem penitus prohibet, &  
seorsum panem & seorsum calicem iux-  
ta Dominicam institutionem sumenda  
docet. Vnde & beatus Gelasius Papa in  
10 ordine 51. Scribens quibusdam Episcopis,  
excommunicari illos præcepit quicūque  
sumptō corpore Dominico, à calicis par-  
ticipatione se abstinerēt. Nam & ipse in  
codem decreto asserit: huiusmodi sacra-  
15 mentorum diuisio sine grandis sacrilegio  
prouenire non poterit. Postquam omnes  
cōmunicauerint, dicit sacerdos hanc ora-  
tionem sub silentio [iuxta Romanum or-  
dinem.] Quod ore sumpsimus. Qua fini  
20 ta sequitur oratio siue orationes post cō-  
munione dicendae, quæ eodem nume-  
ro & ordine orationibus ante lectionem  
sine secretis ante præfationem dictis de-  
bent respondere. Quæ vtique orationes,  
25 nō pro his qui cōmunicaturi sunt, sed qui  
iam communicauerint iuxta proprietatē  
sui nominis agūt: Ergo & ante ipsas com-  
muni-

Intinētio prohi-  
bita à Iulio Pō-  
tifices.

Orationes post  
communione.

48 MICROL. DE ECCLES.  
municare non negligant, quicunque ea-  
rundem orationum benedictione fouen-  
desiderant. His ita finitis, subsequitur, Be-  
nedicamus Domino, vel, Ite missa est: si  
tamen aliquod festū fuerit, quod Gloria  
in excelsis habere debuerit. Respondent  
omnes, Deo gratias, iuxta Apostolū, pro  
collatis beneficijs agentes.

*Repetitio à superioribus Missæ.*

C A P. X.

V T autem à superioribus aliquantu-  
lum repetamus, postquam sacerdos resur-  
rectionem Domini per coniunctionem  
corporis & sanguinis Domini denotaue-  
rit, subsequenter etiam pacem populo of-  
ferre debet, sicut & ipse post resurrec-  
tionem discipulis suis pacem obtulit, di-  
cens; Pax vobis. Fractio oblationis illam  
nobis fractionem Panis insinuat, quam 20  
Dominus post resurrectionem suam co-  
ram discipulis fecit. Cōmunicatio popu-  
li, typum illius conuiuij gerit, quod non  
semel Dominus post resurrectionem suā  
cum discipulis iniijsse legitur. Hos etiam 25  
post ultimum conuiuum ab eis discessu-  
rus in cœlum benedixit, sicut & sacer-  
dos

LUC. 41.